2390

Suspensionibus, fatalijs Juris praescriptione terrestri, vallo Conventioneq ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

Idem eidem Roborat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemyslien. Nobilis Theodorus Popiel Molodnik, sanus mente et corpore existens à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competen. recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se ac successores suos, nec non bona sua generaliter omnibus, totaliter et plenariè incorporando, atq subijciendo palam libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniarijs quibusvis habitis et habendis, inscribit et obligat praesens Scriptum certum manuale personae Recognoscen. in rem et personam Nobilis Lucae Zebrowski ratione certarum rerum et conditionum in eodem Scripto manuali contentarum, de Actu et data ejusdem hic Praemysliae die Vigesima nona octobris Anno praesenti confectum conscriptum datum manu sui Recognoscentis propria subscriptum in omnibus conditionibus, et singulis ejusdem Scripti manualis punctis, clausulis, articulis, Vadio, ligamentis, ac requisitis in universum omnibus eid Nobili Lucae Zebrowski ejusq posteris firmiter tenere complere exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusq et singulis, ejusdem Scripti manualis contentis, tam in toto quam in quavis minima parte, toties quoties opus fuerit satisfacere, Scriptum praefatum manuale ad Inscriptionem praesentem Roborationem et Inscriptionem praesentem Roborationem ad praedictum scriptum manuale Vicissim in toto referendo. Idq sub Vadio summae Trecentorum florenorum polon.

Polonicalium, per eundem Recognoscentem vel eius Successores supramemorato Nobili Zebrowski vel eius Posteris ob non completionem Contentorum scripti praefati manualis omnium et singulorum, tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso devolvendum succubito, atque re aliqua principali ex Contentis scripti praefati manualis non completa complenda stante existens memoratus Recognoscens Nobilis Theodorus Popiel sive eius Successores, ad instantiam praefati Nobilis Lucae Zebrowski, vel eius posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense, ex hinc recessu supraexpresso quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, sive parere, respondere, Vadium praetactum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Judicatum pati debebit et tenebitur, seque suosque Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causas eiusdem Terminos, semper peremptorios, vera infirmitate maioris minorennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Electorem vel aliis quibuscunque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem vero extra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalibus Juris praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Haec sua per se personaliter Regno ad Acta omnia mediante.

Ostrowski Zupinskiemu Cedit 848

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosus Stanislaus Ostrowski, sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis ...

et compotens